

*NvK an Martin V. (Supplik). Bitte um Änderung eines Statuts von St. Florin.*

*Kop. (gleichzeitig):* ROM, *Arch. Vat., Reg. Suppl.* 262 f. 43<sup>r</sup>–44<sup>r</sup>.

*Druck:* Meuthen, *Pfründen* 63f.

*Erw.:* Fink, *Repertorium Germanicum IV* 2844; Meuthen, *Pfründen* 28; Diederich, *St. Florin* 89f.

Licet decanatus ecclesie sancti Florini de Confluencia Treuerensis diocesis dignitas inibi non tamen principalis existat eiusque occasione decanus ipsius ecclesie pro tempore existens regimen et curam divini cultus in eadem gerere aliaque diversa habeat onera supportare, ipse tamen decanus, nisi in dicta ecclesia canonicus prebendatus et capitularis existat ac certos annos post adeptam suorum canonicatus et prebende possessionem quoad illorum fructuum perceptionem iuxta statuta et consuetudines prefate ecclesie expectaverit, ad capitulares actus et tractatus, preterquam cum de disciplina et correctione personarum ipsius ecclesie agitur, statutis et consuetudinibus eisdem obsistentibus non admittitur nec illis potest interesse.<sup>2)</sup> Unde ipsius decanus, qui caput capituli esse consuevit, honori, dignitati et statui non modicum detrahitur dictaque ecclesia verisimiliter plurima patitur detrimenta. Verum, p. s.,  
 10 si canonicatus et prebenda dicte ecclesie, quos devotus vester Nicolaus de Cusa illius decanus et decretorum doctor annis expectancie sibi eorum occasione, ut premittitur, incumbentibus nondum elapsis obtinet quosque ad finem et effectum huiusmodi resignare proponit, dicto decanatu cum con-  
 ditione et ordinatione, quod Nicolaus predictus exnunc sui que successores dicte ecclesie decani post adeptam possessionem pacificam decanatus eiusdem eo ipso canonici capitulares reputentur et sint ac  
 15 prout alius canonicus capitularis integre eorundem canonicatus et prebende, absque eo quod per aliquod tempus expectent, fructus percipere debeant, uniretur et incorporaretur, ex hoc decani pro tempore existentis huiusmodi statui et dignitati decenter crederetur esse provisum ipseque divinis officiis commodius intendere dictaque onera facilius supportare valeret. Supplicat igitur s. v. dictus Nicolaus, quatenus premissis attentis, resignacionem huiusmodi admittentes sive admitti mandantes,  
 20 canonicatum et prebendam predictos, quorum decem, cum per resignacionem huiusmodi vacaverint, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis decanatu prefato, cuius tredecim marcharum argenti fructus etc. communi extimacione salarium annuum non excedunt, sub condicione et ordinatione premissis perpetuo incorporare, annectere et unire dignemini, decernentes et statuentes, quod Nicolaus et successores prefati eorum canonicatus et prebende possessione per eos apprehensa dicte  
 25 ecclesie canonici capitulares eo ipso sint et censeantur nec aliquid, ut premittitur, expectare habeant, sed prout alii ipsius ecclesie canonici capitulares singulis actibus et tractatibus interesse suorumque canonicatum et prebendarum fructus etc. cum integritate percipere possint et debeant de gracia speciali. . . — *Martin V. billigt durch Fiat mit dem Zusatz:* de consensu.

<sup>1)</sup> *Datum der Billigung.*

<sup>2)</sup> *In einer Statutensammlung von St. Florin (1. H. 15. Jb.; KOBLENZ, StA, 112, 1360 f. 3<sup>v</sup>) heißt es: quod soli canonici prebendati actu in decanum, scolasticum, cantorem et custodem recipereantur.*

### 1430 September 15, Burg Wittlich.

Nr. 80

*Instrumentierte Kundmachung des Notars Gudemannus de Sobyrynheim über die Appellation des Trierer Elekten Ulricus gegen die angebliche Provision des Bischofs Rabanus von Speyer mit dem Erzbisum Trier. Die Appellation ist wörtlich eingerückt. NvK als Zeuge.*

*Kop. (gleichzeitig):* FRANKFURT, *Stadtarchiv, Reichssachen, Nachträge* 1265 (= F), von Ulrich mit Begleitschreiben von 1430 XI 17 an die Stadt Frankfurt übersandt (die entsprechende Abschrift an die Stadt Köln von 1430 XI 18 liegt dem Begleitschreiben in KÖLN, *Hist. Arch. d. Stadt, Köln und das Reich B* 383, nicht mehr bei); vgl. dazu Meuthen, *Trierer Schisma* 83 Anm. 156.

ROM, *Bibl. Vat., Ottobon. lat.* 2745 f. 218<sup>r</sup>–219<sup>v</sup> (= O).

PARIS, *Bibl. Nat., lat.* 1515 f. 220<sup>r</sup>–221<sup>v</sup> (ab Z. 106 veris von der Hand des Job Vener; vgl. zu diesem unten Nr. 81) (= P<sub>1</sub>).

PARIS a.a.O. f. 223<sup>r</sup>–224<sup>v</sup> mit anschließender Kopie eines Begleitschreibens Ulrichs von 1430 XI 17 (= P<sub>2</sub>).